

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1861

| III. Co | - | | - | | nnenklos 9. Juni 1 | Sabini |
|---------|-----------|------------|---|--|-----------------------|--------|
| | | | | | | |
| _ | | | | | | |
| _ | Nutzunasb | edinaunaer | | | | |

urn:nbn:de:hbz:466:1-55721

XLI. Bijdof Johann ertheilt ben Wohlthätern ber Pfarrfirchen Prenglau's einen Ablaß, am 2. April 1320.

Vniuersis Crifti fidelibus presens scriptum intuentibus Nos frater Johannes, dei gratia Episcopus ecclesie Sambyensis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Volentes laudem fummi creatoris ampliare, ac falutem animarum in quantum cum ipfius adiutorio possumus promouere, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui ecclesiam parrochialem beate Marie virginis et patrone in primzlaw, filias quoque dicte ecclefie adherentes videlicet ceclefiam beati Jacobi, ecclesiam beati Nicholai, ecclesiam beati Johannis baptiste, ecclesiam beati Georgij extra muros et ecclesiam sancti spiritus in festiuitatibus infra scriptis scilicet dominice resurrectionis, ascenfionis, penthecoften, natiuitatis Chrifti, in IIII ef feftiuitatibus beate marie virginis, in feftiuitatibus Petri et pauli et aliorum omnium apostolorum, in festo Marie magdalene, in festo beati Nicolai et beate Katherine Virginis, beati laurentij, in festis sancte crucis, item beati Johannis baptiste in natiuitate et decollatione et in anniuersario dedicationum ecclesiarum et altarium, cum oblationibus devote visitauerint, ac ecclesiis memoratis manus adiutrices porrexerint, hijs quoque, qui cimiteria dictarum ecclesiarum cum deuotione et reuerentia circuierint, pro animabus omnium fidelium defunctorum fideliter fupplicando, XL dies, hijs quoque, qui corpus dominicum, cum ad infirmum portari contigerit, cum deuotione infecuti fuerint, V dies indulgentiarum de iniuncta eis penitentia dummodo dyocefani accedat confirmatio in domino misericorditer relaxamus. Actum et datum Primzlaw, Anno domini Mº. CCCº. XXº. die quarta infra octauas refurrectionis domini noftri Jefu Chrifti.

Rach Bedmann's Abichrift bes Driginale.

XLII. Conrad, Bijchof von Camin, bestätigt bem Nonnenfloster St. Cabini ben Besit ber Bfarrfirchen Prenglau's, am 9. Juli 1320.

bed bem Pfarrer Bromold bewilligten Zeltraumes stemals weeder ihm noch einem Naben be-

In nomine fanete et indiuidue Trinitatis. Religiofam vitam ducentibus humanum conuenit adesse presidium, ne temporalium resectione subtracta fancta Religio spiritualibus desiciat incrementis. Humane enim inimicus nature callidas insidiarum telas in lacu nostre miserie acuta fraude vbique contexuit ut suis mortalium animas valeat laqueis deputare, ac perpetuis cruciare suppliciis. Sed paternitas diuine clemencie inmensa benignitate huic compassa miserie sancte Religionis resugium adinvenit, quo magis nostre carnis puritas seruaretur achostis antiqui venerosa tendicula rumperetur. Sancta enim et vera Relligio testante scriptura, nequit vnquam occasum accipere, aut defectui subiacere. Sane cum nobis Conrado, dei gracia Camynensis Ecclesie Episcopo, deuote in Christo virgines sanctimoniales, abbatissa, priorissa totusque conuentus sanctimonialium ecclesie fancti sabini nove ciuitatis Prinzlaw, nostre dyoceseos, priuilegia dominorum ac principum, videlicet domini Barnym, Slauorum Ducis, et dominorum Marchionum Johannis antiqui et Ottonis, do-

naciones, ecclefiarum tocius ciuitatis Prinzlaw, quantum ad parrochias in dictas moniales factas continencia, Insuper instrumenta Confirmacionum sanctissimi in Christo patris Domini alexandri, pape, et vltimo domini Hermanni, Caminensis Ecclesie Episcopi predecessoris nostri, Deinde nouum donacionis priuilegium domini Henrici, marchionis junioris, cum debita reuerencia obtulissent, nobis humiliter supplicantes, quatenus predictam donacionem dicti domini Hinrici, marchionis, confirmare auctoritate ordinaria mifericorditer dignaremur, eo quod per plura tempora a primis donacionibus et confirmacionibus propter fimplicitatem puellarem dictis ecclefiis caruiffent; Nos itaque ipfarum pauperie rite penfata ipfarumque precibus iuftis mifericorditer inclinati, predictas donaciones, auctoritate beati iohannis baptifte ac noftra, irrefragabiliter in domino confirmamus affignantes dictas ecclefias eis, videlicet beate Virginis, beati Nicolai et beati Jacobi, cum omnibus obuencionibus et iuribus ac facultate manfionem mutandi nunc et perpetuis temporibus feliciter possidendas, Ita tamen, vt iura fubiectionis, honores obediencie et feruicia nobis ac noftris fuccefforibus ac predicti loci archydiacono, qui pro tempore fuerint, debite maneant penitus inconcusta. Precipientes in virtute sancte obediencie, ac sub excommunicacionis pena, ne quis hominum cuiuscunque dignitatis status aut condicionis existat huic nostre confirmacioni presumat, ausu temerario contraire. In cuius rei testimonium nostrum figillum presentibus est appensum. Datum Stetyn, Anno Domini Mo. CCCo. XXo., in crastino Kyliani Martyris. Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XLIII. Bifchof Conrad von Camin verspricht bem Nonnenflofter St. Gabini, nach Beendigung bes bem Pfarrer Bromold bewilligten Zeitraumes niemals weber ihm noch einem Andern bie Abmefenheit von ber Pfarre zu geftatten, am 15. Juli 1320.

Princelaw, Asto dancer 3P. 4242. XXI die gracia orien ocrokes referectionis domini noftri

Conradus, dei gracia Caminenfis ecclefie Epifcopus, dilectis fibi filiabus in Crifto Abbatisse, priorisse totique conuentui fanctimonialium ecclesie fancti Sabini noue ciuitatis Prenzlaw, temporalibus auxiliis non deftitui et proficere spiritualibus conuenientes, congratulamur vestre fanctitati de gracia per Dominum Marchionem in ecclefia Prentzlaw vobis facta volentes, vobis gratuito nostris adesse presidiis, decernentes, quod nullis unquam temporibus finito Domini Uromoldi triennio ipfi aut cuiquam alteri absenciam omnimodo concedamus, Eciam in corporalis possessionis adeptione nostrum habebitis auxilium et fauorem. Datum Grypswalde, Anno domini Millesimo Tricentefimo vicefimo, in festo diuisionis Apostolorum.

percent. Search come or your Hellieto telbante belgants, event vagitant accuma a classe, and do

Chrifts virgines fauctinoniales, abbatila, priorifia forasque esquentus functinonialium ceclaficinecii labini asve eleitatiis Primelaw, nolles dyoceloss, psiniogia dominorum an prioripem, videlicet demini Egruyen, Shanorun Dagis, et dominorum Marchionum Johannis antirui et Ottonira, do-

Mus Guring's Manufeript.